

Am. 531, 8.

B. m. II, 6

II b
170

DE

— 70 —
EBRAEORVM
COMMENTATIO

ACTVI ORATORIO

TERTIO

SUPPLICATIONVM DIE

A. CIO 1000 XXXVIII.

H. L. Q. C. HABENDO

PRAEMISSA

A

M. DANIELE PEVCERO

LVSATO

ATHEN. SEN. RECT.

NUMBURGI

LITTERIS BOSSOEGELIANIS.



SVMMA DICENDORVM.

Vox ה ל ט ex mente multorum <i>incertae</i>	Qui probatur
§. I.	α. ex adfectu et fine dicentis §. VI.
Sed, ex nostra, <i>probabilis</i> significatio-	β. ex contextu et analogia fidei §. VII.
nis. §. II.	Consensus antiquitatis negligitur
Incetior uocis deriuatio KIMCHII alio-	§. VIII.
rumque §. III.	Declamatorum studia indicuntur §. VIII.
Vera eiusdem deriuatio §. IIII.	Auditores inuitantur §. X.
Genuinus uocis sensus eruitur §. V.	

§. I.

Vocis ה ל ט uim atque indolem uexationem esse criticorum sacrorum, montem adscensus atque aditus expertem, nodum Gordium, qui nulla possit arte solui, ueritatem in puteo latentem plerique omnes interpretes iudaici pariter atque christiani adfirmant. Acerrimus itaque purioris ueritatis uindex C. A. HEVMANNVS si his, qui nesciunt, quid sit SELA, seque id nescire non nesciunt, non se solum adgregauerit; sed addiderit, plane imperuestigabilem sibi uideri nominis huius notionem, eiusque inueniendae atque e tenebris eruendae spem non sibi modo; uerum etiam omni posteritati abiiciendam; censuerit *, non profecto est mirandum.

* Inuenias cel. uiri sententiam in Poeciles tomo III. lib. III. n. 14. p. 481. Quin etiam p. 471. quid? inquit, ad eognitionem ueri sensus ט ג SELA perueniri plane non posse euicturum

me spero, ideoque in posterum otia futurum theologis, pariter ac philologis, ad hanc quidem quaestionem quod attinet.

§. II.

Nos uero tantum abest, ut dimoueamur, graui praestantissimi uiri iudicio, ab studio uerum in sacris inuestigandi, ut potius, illius pace, tentare audeamus, utrum-

ne

ne saltem maxime probabilem sententiam nostram possumus uiris doctis reddere *, si uel maxime, primum nos atque alterum euidentiae gradum adipisci posse, iure desperemus. Quo fiet, uti, post uocis deriuationem atque significationem euolutam, in subsidium uocemus finem uocis, quem dicunt generalem, auctoris adfectum, item consensum cum reliquis ueritatibus diuinis reuelatis, collationem cum iis, quae antecedunt atque consequuntur, reliqua generis eiusdem subsidia hermeneutica.

* Perplacet cel. HEINECCII fundamentum probabilitatis hermeneuticae, Log. P. I. cap. III. Sect. 3. §. 133: quod cum uerborum significatione, posi-

tu, connexionem itemque cum auctoris adfectu conuenit; id probabiliter pro sensu auctoris habendum.

§. III.

Non meretur docti suae aetatis iudaeorum magistri KIMCHII סלח ab rad. סלל, ad formam צל umbra, adiecto a fine ה paragogico deducens opinio * adprobationem **: propter ea quod, praeter (..), absentia dag. fortis, quod in uoce crescente ל extrusum compensare debebat, non satis potest extricari; id quod iam olim recte obseruarunt IO. DRVSIVS *** atque IAC. GVSSETIVS*.

Neque etiam albus adici potest calculus sententiae BVXTORFII, COCCEH et NOLDII, nomen סלה aeternitas, ad formam סלה dux hic deprehendentium; licet integra disputatione clar. KOERNERVS eandem stabilire admissus fuerit **. Nam quum forma ista haec non omnino sit inaudita ***: significatio tamen cum rad. סלה strauit, aestimauit, expendit, conuenit ita, uti quadrata cum rotundis. Sin autem inclusa aeternitatis notione, cum ABEN ESRA in Ps. III. 3. aliisque iudaeorum magistris, explicetur per SIT ITA: multo euadit infirmior opinio.

* Protulit eandem in ספר שרשים ad rad. סלל, quo loco simul ex-

plicat סלה per הגבוהת וקול בנגון elevationem uocis in cantu.

) 2

** Neque

** Neque tamen non deprehendimus, multos ipsi suffragaros, in primis *Isid. Clarium, Matth. Flacium, Hug. Grotium, Ed. Leighium, Henr. Moellerum, Matth. Polum, Pet. Rauanelum, Franc. Varabulum*, rel. quorum auctoritate parum mouemur.

*** In quaestion. ebr. lib. I. c. 70.

* In commentar. lingu. ebr. p. 560, 561.

** Subiecit hanc exercitationem suam philologicam de perpetuo in s. scripturis usu et significato uocis סלה publico eruditorum examini d. 11 Maii Anno 1736 XVI.

*** Euolue doctisf. IO. SIMONIS arcana formarum nom. ebr. linguae P. I. p. 428.

§. III.

Ego itaque sic existimo, saluo tamen aliorum iudicio, non posse non, cum plerisque omnibus, סלה Dauidicum ab radice סלה *strauit, aestimauit, expendit*, deriuari.

Formam scire si desideraueris: imperatiuum in Kal קל sume. Qua si conformaueris uocem nostram: dicendum sine ullo dubio סלה erit.

At uero quoniam סלה est ex uerbis quiescentibus, adest enim ה ex litteris quiescibilibus אהוי: imperfectum adest uerbum, quod ex institutis grammaticis, inducto omni exemplorum superstructis, diiudicandum est.

Verba לה, Danzio et Wasmutho ducibus*, in imperatiuo ה.. habent: dicendum igitur סלה erit.

Eadem autem haec uerba, haud raro formas permutant cum uerbis לה**, ita ut nonnumquam et puncta et litterae uariantur. Ex quo consequitur, ut dicendum סלה ad formam סלה sit. Neque hic arbitrium nostrum; sed potius diuinorum oraculorum auctoritatem sequimur. Locus enim apud IOEVM XXVIII. 19, coll. u. 16. hoc ipsum suadet. Aut enim הסלה in uocibus illis לה סלה בכתב או פיר, commutauit א in ה atque (:) pro (ד) subiunctum refert: aut, quod esse multo probabilius uidetur, ipsa sola radix סלה est, et הסלה est tertia fut. in Pual ad formam הלה *reuelabitur*.

סלה

הָלֵךְ autem istud non nisi in fine uersus ad SILLVK, sequente SOPH PASVK, et TER, scilicet Ps. LVII. 4 atque Habac. III. 3. 9. ad alterum maioris distinctionis accentum positum deprehenditur. Qui quidem accentus in causa sunt, ut (:) primitiuum illud mutetur in (·) ***. TONVSQUE ex ultima in penultimam retrahatur, id quod alias quoque in uocibus : וַיֵּיטֵב et uixit, Deut. III. 33. atque וַיֵּיטֵב et fuit, Ps. xxxiii. 9. fieri obseruamus.

* Danz. §. XLVIII. I. 3. Wasmuth. R. XXXIII. 3.

*** Danz. §. XXVII. 3. et Wasmuth. R. X.

** Danz. §. XLVIII. II. obs. I. Wasm. R. XXXII. III. adnot.

* Danz. §. XVI. III. a. 2. Wasm. R. X. II. 3.

§. V.

Quae quum ita sint nullus plane dubito, quin expeditissimus uocis olim dubiae iam adpareat SENSVS. Scilicet spiritus sanctissimus, quasi quoddam NOTA BENE his LXXIII locis adiunctum esse uoluit : meo enim iudicio istud הָלֵךְ idem est, quod latinorum EXPENDE, AESTIMA, PONDERA. Quod si igitur in MEDIO uersu comparuerit : uenerandum spiritus numen lectori quasi acclamar : EXPENDE sancto studio a me dicta, priusquam ad reliqua progrediaris. Sin uero inueniatur uox in CLAVSVLA uersuum, id quod fit *semel* in HABACVKO et *septuagies semel* in psalterio : sensus eiusdem eo redibit : EXPENDE atque PONDERA, quae hic a me expressa sunt ad fidei atque morum confirmationem. Vidit hoc LVTHERVS noster * : qua exre perquam sapienter ait : ich acht SELA sey ein Zeichen des Geistes, das, vvo es im Psalter steht, das da bedeutet vverde ein Stillhalten und tief Aufmercken, da der Geist iemand sonderlich be- vvegt, etvvas vwohl zu betrachten **.

* Pronuntiauit haec LVTHERVS toto I. ten. germ. f. 479. ad Ps. LXVIII. Curatius autem haec uiri summi pon-

deranti patebit, non profecto eum Sela pro nota habuisse musica.

** Non

** Non ergo obstat accentuatio continua: nam quod ccl. HEVMANNVS iam obseruauit, notissimum Halleluia in Ps. 148. u. 1. et ultimo occurrens

habet etiam accentuationem continuam; et tamen uox, si transferatur, ab contextu discreta est, et discernenda uid. Poccil. l. c. p. 482.

S. VI.

Sanctissimam uatis mentem purissimis quibusque AFFECTIBVS, hoc SELA quum proferret, actum fuisse, non potest dubitari: quum praesertim grauis uox sine adfectu possit esse nunquam *. EXPENDE enim illud atque AESTIMA quum exclamaret: uel DEVM, uel animam suam, uel alios, eosque uel pios, uel impios est adlocutus. Modo enim ad DEVM conuersus sensu benignitatis, iustitiae, prouidentiae, miraculorum, mirabilium actionum, praesertim auxilii diuini, quasi, mi Deus inquit, expende et aestima, quaeso, quis sis, ac, pro iustitia, aduersariis tuis aduersare; pro benignitate TVA, cum bonis bene agere pergas; pro prouida numinis TVI cura, ueritatem cum pietate conserua atque utriusque conatus ad optimum finem dirige.

Quod si fertur amore et misericordia erga ALIOS: alta quasi uoce proclamat: EXPENDE ac PONDERA tu, qui PROBUS es, felicitatem piorum, uoluntatis diuinae signa, beneficiorum diuinorum magnitudinem et multitudinem rel. Tu uero, qui SCELERATVS esse mauis, expende atque aestima promeritarum poenarum grauitatem, miserum impietatis euentum, uindictae seueritatem cetera his consimilia.

Tandem SE ipse adloquitur alias pio studio, alias magno gaudio ductus; modo spe, modo fiducia commotus; nonnumquam cum maerore ac admiratione, seque ipse ad bona speranda ac mala fugienda inflammat, rel.

Atque haec quidem ipsa sufficienter indicant FINEM** et causam, quibus sanctissimi homines impulsus sunt; ad

SELA

SELA adhibendum. Scilicet uolunt DEVM attributorum, in primis praestantissimorum praesidii et fauoris speciminum, intermixto laudis cumulo, quasi admonere; malos ad bona, bonos ad maiorem ueri Dei et cognitionem et cultum excitare. Pondera dicta singula: uidebis noc hac in re tamquam acu rem tetigisse.

* Praeclare cel. *RAMBACHIVS* in *instit. hermeneut. sacrae* lib. II. cap. III. §. I. p. 123. affirmat, ipsam quasi animam e corpore tollere, qui ex oratione adfectus proscripserit.

** Doct. uon der *Hardt* in *elem. exeg. uniuers.* c. VI. p. 48 uere ait; *cognito scopo, singula, uel minutissima, rationem habent, cur sint a scriptore posita rerum, uel uerborum momenta.*

§. VII.

Si porro ad ea, quae uocem סְהָלָה antecedunt et consequuntur*, respexero: uideor mihi iure posse supersedere uberiori disquisitione: adfectus enim finisque dicentis attributam uoci sententiam, declarant, ita, ut supra nihil possit. Si quis uero nobis obiecerit, uocem סְהָלָה interiectam quasi per parenthesin apud Habacukum III. 3. 9. et Dauidem Ps. LXII. 4 esse exclamationem: nihil quidquam profecto impedit, quo minus adfirmemus, tanto magis ad contextum pertinere: propter ea quod eandem per expende atque aestima scil. DICTA, aut breui post DICENDA explicauimus.

Cum autem consideratio atque contemplatio rerum diuinarum et saluberrimarum ex diuino adflatu coortarum probat, amicissime conspirare hanc explicationem cum oraculis uniuersi codicis sacri: tum eam analogiae fidei esse quam conuenientissimam, inter omnes constat.

* Ago hoc nel ideo, ne quis R. *LIPMA NNI* similis in *Nizzachon* p. 124 ed. *Hackspanii*, me, more christiano-

unicam arripere litteram, aut uocem non considerantem, quae antecedunt aut quae sequuntur, mihi obiecerit.

§. VIII.

Nihil itaque curo disensum LXX interpretum, obscurum per aequae obscurum explicantium*. Nec me mouet

X3194743

QX
Tb
110

mouet interpretis chaldaei ** et syri AETERNITATIS signifi-
catio adlata : licet plerisque fere interpretibus eadem
adrideat. Et cur quaeso opinionibus iudaicorum ma-
gistrorum, caecorum in multis ducum immoremur ?
quum uideamus, alium hoc, alium istuc praeoptare. O-
mnium uero licet sit probabilissima sententia nostra : ta-
men eandem nemini obtrudimus. Quid? quod publice
declaramus, nos cum nemine in controuersiam esse de-
scensuros, si uel maxime scripto nos publico prouoca-
uerit : est enim tempus nobile ac uita perbreuis.

* Quid enim quaeso est eorum *דא'בא'ל-
מא'ב* ab Theodotione et Symmacho quo-
que receptum? Namque etiam quum
Stephanum, Suidam et Suicerum uiros
doctos in primis euoluo : nihil tamen
quidquam certi deprehendo.

p. 262. paraphraestes Hagiographorum
ubique uerrere dicitur nostrum
תלכ per לעלמין, R. Salom. Ben
Melech uero in Michlal Iopli ad Ps.
III. eam explicat per עלו ער, ac
Syrus *Leolam* in aeternum.

** Apud Hottingerum in thesaur. philol.

§. VIII.

Coniunctum huic **NOTA BENE**, ut, duce **PAVLO**, studiosis sapien-
tia commendent, dabunt operam, iuuenes bonae spei ac indolis nu-
mero ad tres. Sistet enim, periculum ingenii et memoriae facturus.

- I. **CHRISTIAN FRID. STIGLITZ**, NVMB. Separatistam lau-
dabilem, occasione 1 TIM. VI. 5. *carmine latino.*
- II. **CHRISTO. HIMLER**, LAVCH. Thur. hominem diuinum,
occasione 2 TIM. III. 17. *oratione latina.*
- III. **BENIAM. ELIAS KAISER**, Alstad. Saxo Palatinus, fugitiuum
moralem bonae notae, occasione 2 TIM. II. 22. *carmin. germ.*

§. X.

Conueniunt sacris **CRASTINI** dici singula oratorum conata nostro-
rum : quam ob causam tanto confidentius ab **MAECENATIBVS**,
PATRONIS ac **FAVTOIBVS** precor, uelint


CRAS finitis ante meridiem sacris in templo
frequentes interesse sacris scholasticis. Non poenitebit eos, mihi
credant, istius in musas religiosas studii ac fauoris.

P. P. MUMBURGI d. XII NOV.

CLIO ICOC XXXXIII.

9011





B.I.G.

Farbkarte #13

B. m. II, 6

II b
170

DE
BRAEORVM
AMENTATIO

VIORATORIO
TERTIO

CATIONVM DIE
CID 13CC XXXVIII.

O. C. HABENDO
PRAEMISSA

A
ELE PEVCERO

LVSATO
HEN. SEN. RECT.

NVMBV RGI
S BOSSOEGELIANIS

BIBLIOTHECA
POMICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(GALLE)